



R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

§. 1. An matrimonium ratum sit auctoritate Pontificis dissolubile.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

notat ibidem Sanchez, & Coninch. d. 26. dub. 5. n. 7.

16. Ex qua doctrina vides, hæc duo esse satis diversa. Aliud est, an per professionis Vota solemnia dissolvatur vinculum prædicti Matrimonii? Aliud, an Conventus possit legitime, vnde, & licite Professionem emittere? Illud prius est in opinione positum, ut vidimus num. 12. & 13. hoc posterius omnes admittimus & nescio negat, ut diximus num. 10. cujus posterioris ratio est, quia nolens convecti, dat justam causam, propter quam Divortium facere, conversus possit, quo divortio facto, jam conversus, utpote innocens, poterit licite illos status eligere, monito prius altero conjugē, juxta modo dicta n. 9. & juxta ea, quæ dicuntur, cum de Divortio disputatur.

CAPVT IV.

De indissolubilitate Matrimonii Rati Fidelium.

§. I. An hoc Matrimonium Ratum sit auctoritate Pontificis dissolubile?

1. **V**T plurimum DD. sententias omittam quas apud Sanch. lib. 2. matr. d. 15. Averl. q. 2. matr. sect. 6. præsertim V. Tertio. Castrop. d. 13. de spons. p. 2. §. 4. Pont. lib. 9. c. 3. per totum, habes, aliosque, duæ sunt hac in re præcipuæ. Altera negat cum Pont. l. c. cujus potissimum fundamentum à posteriore est, quia, si posset à Pontifice, quamvis ex causa, dissolvi Ratum posset, & consummatum, quod inauditum in Ecclesia Dei est. Sequela probatur, quia eadem causæ, evitationes, scilicet scandalorum, rixarum, & discordiarum æquè interdum sunt in consummato, ac sunt in Rato. A priori, quia Matrimonium ratum est ejusdem rationis, ac consummatum, quoad essentiam. Copula enim nihil addit essentia, vel integritati Matrimonii, quod consistit, in ipsa traditione, & acceptatione corporum. Ergo, si eadem semper est essentia, eadem in utroque indissolubilitas; quare, sicut Pontifex dissolvere nequit consummatum, sic nequit Ratum.

2. Altera sententia affirmat, eamque sequitur Sanch. l. c. n. 4. cum aliis. Et Leand. quidem d. 5. matr. q. 7. dicit priorem sententiam esse speculative probabilem, hanc verò posteriorem probabiliorē esse practice. Eandem hanc posteriorem tenet Suar. tom. 3. de Relig. lib. 6. c. 16. n. 6. qui refert, se vidisse Bullam Greg. XIII. dispensantis in matrimonio Rato. Sed quid hoc ad aliud, quod narrat Henric. lib. 11. de matr. c. 8. n. 11. hoc est, eundem Greg. X III. vna die, tredecim Dispensationes dedisse de hac re? Adde, & similes dispensationes, quas fuisse concessas à Martino V. Eugenio V. Pio III. Pio V. meminit Hurtad. l. c.

3. Fundamentum præcipuum hujus sententiæ à posteriori ducitur à tot dictis concessionibus, quas per Summos Pontifices invalide, vel illicite, esse datas, affirmare quis audeat? A priori autem, quia, licet firmiter teneamus, Matrimonium ratum esse ex se indissolubile, tamen non propterea negatur Deo potestas dispensandi mutando materiam, ut fuscè prosequuntur Theologi. Quoniam ergo videmus Ecclesiam hac potestate per tot Pontificum seriem fuisse usam, tenendum omnino est, eam ipsi à Christo Domino fuisse communicatam. Quare perinde hæc sententia certa alicui videbitur, ac est illa, quam omnes docemus, & Tridentinum definit, ut mox videbimus; puta Matrimonium ratum dissolui per professionem Religiosam; omne enim Tridentinum id decrevit: certè, non nisi, quia sic Ecclesia ab initio usurpavit: at idem usurpavit in re nostra per tot Pontifices.

4. Hæc sententia est probabilior, fateor tamen priorem suā probabilitate nequaquam carere, responsiones autem argumentorum utriusque partis, vide apud citatos.

5. Inquires. An invito altero ex conjugibus Pontifex in hoc dispensare possit? rursus an sine causa altero invito, potest alter professionem remittere? vere vinculum Matrimonii rati. Ratio autem est, quia Christus Dominus reliquit prudenti Pontifici arbitrio contrahentium, ita ex Medina Avela. q. 1. sect. 6. V. Extendit.

Respondeo ad posterius; Requiritur iustam, & veram causam, ut licite Pontifex dispense, ut quia secus malè vteretur potestate sibi concessa. Cuius autem causam esse, fere omnes fatentur Sanch. lib. 2. matr. d. 16. si gravis damna, vel perniciosa discordia, rixæque inter conjuges, conjugumque inter meruantur, si mutua cohabitatio esse non possit, quod alteri supervenerit, v. g. Lepa cui remedium nequeat, si perpetua sit, sterilitas, & similia.

7. Docet Sanch. loc. c. sufficientem esse causam, si magna inæqualitas inter virum, & feminam. Et si de prudenter timeantur rixæ, & discordiæ, multatius Matrimonii, ego non approbo; experiri tunc raro, etiam inæquales ob insignem aliquod dolum, aut Expendantur igitur circumstantiæ, & mores pietatis nam sic tandem apparebit, an rationabiliter talis pæsus timor.

8. Ut vir promoveatur ad Episcopatum, non esse causam sufficientem, nisi id valde necessarium sit ad bonum commune, bene docet ibidem Sanch.

9. At verò, ut valide Pontifex dispense, requiritur causa; quia Christus omnem circa hoc contrahentem concessit Pontifici, ne relinquere locum peccati, nonnulli putant, cum Henriquez lib. 11. de matr. cap. 8. num. 1. littera G. sed tutior apud Avela. q. 1. sect. 6. V. Requiritur vero, communior, verior, & certa sententia est, requiri causam iustam, sicut in dispensatione Votorum, & juramentorum committitur cemus de quibus dictum est, lib. 4. in Decretis de iuramenti, & Voi.

§. II. An Matrimonium Ratum dissolvatur per Professionem solemnem?

1. **D**issolvi, non dubium, & ita definitum legimus in Tridentino sessio. 24. can. 6. Si quis de Matrimonio ratum non consummatum, per professionem alterius conjugum non dirimi, anathema. Alios Sacrorum Canonum Textus vide apud citatos atque hæc definitio Tridentini cum sit absolute comprehendit omne Matrimonium ratum, etiam indissolubile veniens ad fidem; etiam invito, etiam post multos annos à contracto matrimonio, si nuptiæ sit consummatum. Lege Sanchez, lib. 2. matr. d. 1. num. 27.

2. Ex eadem definitione sit, ut conjux relicta in nuptiis, non quidem statim post ingressum alterius in Novitiatum (quo certè vinculum matrimonii dissolvitur) sed post professionem emissam, etiam si expectari integer annus, immò etiam plus, ut si quæ erat duodennis, quæ non poterit proficisci, nisi post quatuor annos, hoc est donec compleat annum sextum ex Tridentino, ut notat Sanch. lib. 2. matr. d. 3. de spons. p. 2. §. 5. n. 2. sic apud Castrop. d. 13. de spons. p. 2. §. 5. n. 2. sic apud ut possit dictus relictus novum sibi Matrimonium contrahere post professionem alterius. Quod si Religiosa quia antea fuerat conjux, deinde dispensatur à Pontifice de suis Votis solemnibus, & egreditur à Religione, poterit quæcumque eligere pro suo novo Matrimonio. Idque verum est, etiam si virique conjuges Religione assumptissent, & deinde similem dispensationem obtinuerint, poterunt enim cum aliis quibuscunque Matrimonio copulari. Ratio clara omnium horum est, quia jam ruptum fuit prius vinculum: vide Leand. d. 4. matr. q. num. 10. citans Sanch. alibi que. Idque ex institutione Christi Domini, ut mox nota.